



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

2. Deum visione aliqua scilicet beatifica naturaliter inuisibilem à creatura
rationali esse certum ex fide est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

CERTAMEN II.

*Deum visione aliqua, scilicet beatifica
naturaliter inuisibilem à creatura ra-
tionali esse certum ex fide est.*

2. **C**onclusio hæc nullum Doctorem aduersarium ex-
ploratum habet. Est item de fide, ac definita à
Concilio Viennensi, & Clementina citata, *Ad nostrum*,
de hæretic. Vbi quartus, & quintus Begardorum, & Be-
guinarum error oppostus damnatur. Est insuper expressa
in Scripturis ad Romanos 6. *Gratia Dei vita æterna*. Vbi
vita æterna, seu beatitudo Dei gratia afficitur: Cum ta-
men nihil, quod naturaliter à nobis abique peculiari Dei
dono haberi potest, Dei gratia in Scripturis dicitur. Se-
cundo probatur ex locis datis qu. 1. cert. 2. quibus Deus
inuisibilis dicitur, & lucem habitans inaccessibilem, &
quem nemo vidisse potest: id quod verum non esset, si ocu-
lis mentis omnino visione, etiam perfectissimam ex creatis,
qualis est beatificatio, videri à nobis naturaliter posset.
Quod cum naturaliter possumus, absolute, & fine addito
posse dicimus. Tertiò probatur: quia non posse nos cre-
dere, sperare, aut aliquid boni v. ad salutem, & vitam
æternam conducere, & oportet naturæ viribus, seu natura-
liter agere, certum ex fide est, vt controuers. de ente
supernaturali ostendimus: ergo multo minus Dei visio-
nem beatam nobisfissimam, & perfectissimam, quæ visio
Dei non ex parte, aut in enigmate est, naturaliter possumus
habere.

2. Pro hac conclusione, & contra errorem opofitum pugnant Patres confutantes Anomæos, fed omnium acerrime Chryfoft. hom.3. de incomprehenfibili. natura Dei, vbi eos confutat ex illis 3. ad Philip. *Ego me non arbitror comprehendere.* Id eft, vidiffe, vt Vafq. intelligit cap.1. num.3. Si enim Paulus tunc nondum Deum viderat: quomodo Anomæi Deum fe videre iactant. Cæterum, vt Vafq. ibi, Apoftolus non de Dei vifione beata, fed de comprehensione perfectionis fuæ loquitur. Nec, fi de illa loqueretur, contra poffibilitatem vifionis beate vitibus naturæ argui efficacia ex eo loco poffet, fed contra vifionem beatam de factis habitam ab Anomæis, vt ipfi effutiebant. Ex nofta autem Catholica conclusione ita contra Catholicos inferrebant Anomæi apud eundem Chryfoftomum, & Nazianzenum fuprà: *Ergo Deum quem cœli, ignoras*, quia, vt ait Ariftot.9. metaph.c.12. non contrigit intellectum circa fimiles fubftantias decipi: fed ait omnino eas attingere, aut omnino ignorare, cum indiuifibiles fint: ea prouide, fi aliquatenus attingatur, omnino attingi eſt neceſſe. Vt mittam modo, an viſio circa Deum, & fubftantias phyſicè indiuifibiles præcifiua eſſe poſſit: quod poſſibile iudicamus, & æque alibi ſæpius oftendimus: Reſpondetur facili, ſaltem cognitione abſtractiua, & per alienas ſpecieſ ſubſtantiam phyſicè indiuifibilem, ea prouide Deum, ex parte cognitiſſe poſſe, & ex parte obiectiua metaphyſica non cognoviſſe: vt patet in cognitione præcifiua vniuſi prædicati, ſeu Attributi diuini ſine aliis: quia in ordine ad plura, ea diuerſa cogitari poſſet, eſſi ſimpliciſſimus Deus ſit, quomodo

respondet Nazianzen. suprà, iuxta interpretationem Psel-
li, ac Nicetæ.

3. Oportet autem hic Duranti sententiam, vt à nostro Valq. & aliis intelligitur, impugnare; ne falfum eo sensu aliquid positum arideat. Et primò quidem fci de visione beatifica loquatur damnata, ficuti, & Anomatorum est. Secundo: cum ea visio nobilissima, & supernaturalis per omnes fit, implicatur in terminis, dum viribus nature haberi posse dicitur: redemptioe testimonio Scripturæ, & argumenta ex actu Fidei, & Spei, quæ ex Fide nature viribus haberi nequeunt. Nec latet eiti ad Fidem dari habitum supernaturalem, quia obiecta obferuat fani, & difficiis assensus, quia non factis motus, quod visioni clarè Dei deficeretur neque obferuatur, & difficultati mouendi ad alienum habitu fuenerunt: cum potentissimum morium authoritas diuina fit, sed ob actus supernaturalitatem. Tercio: quia, fi sola naturalis dependenti intellectus à sensibus in cognoscendo ei obest, quominus Deus intime præfens ipfi ab ipso naturaliter clare videatur: fiet fanè, vt intellectus animarum separatarum etiam damnatarum, ac demonum naturaliter Deum femper videant visione beata; ni ipsi violentia inferatur: ficut visu qui denegeret concupis ad visionem coloris debetè approximari. Denique cum æqualis fit impedimenti remotio, ac proinde atque præfens proxime, & immediatè Deus Beatis fit: atque Beatorum hominum intellectus æqualis fit perfectionis, fiet minimum Sanctorum in Dei visione beata, atque essentiali gloria æqualem maioribus Sanctis, imò & B. Virgini, atque Christi humanitati esse. Imò minimum Angelorum in ea vtrique, necdum Sanctis reliquis, excedere: quod est valde diffonum, & absurdum.

4. Quod autem Durandus ait: Inæquales fore Beatos in reuelatione cuiusque à Deo facta mysteriorum ad accidentalem, non ad essentialem eorum gloriam spectat. Denique: Quod Deus efficaciis vnum intellectum, quam alium in Beatiss moueat, et ait tandem Durandus, cum neque actu, neque habitu eleuari eos à Deo admittat, sed sola præfatione Dei immediate, & in se per impedimenti præfati remotionem, beatam visionem peragi ab intellectu naturaliter doceat, locum non habet, nisi impetum naturalem potentie in aliis magis, aut minus arbitrio Dei violentet, & contra naturæ iura colubere dicat: in quo non largus eorum præmiator, sed malignus gubernator Deus erit: cum eis e naturalibus decurrat. Ad id autem, quod nonnulli docent, visionem beatam à solo Deo producti, vti huic maior, illi minor per meritis donetur, recurrere Durandus nequit: tum, quia falsum omnino esse controuert, de visionis facti ostendimus: Tum quia cum eius doctrina, quam impugnamus non coheret, sed omnino aduersatur. Nec tandem refert diuis visiones claras Dei in Beatiss comminisci: alteram naturaliter ab intellectu partem ex impedimentoium remotione, alteram à solo Deo pro cuiusque meritis datam. Tum, quia chi merita altera ex eis visionibus est, nisi naturalis illa non beati Beatiss dicatur, contra Durandi sensum, quem impugnamus, & contra ea, quæ certò, 3. dicemus. Tum, quia falsò, & contra Durandum visum à solo Deo infusa asseritur. Ac denum, quia, licet in altera inæqualitas visionis in Beatiss, meritis proportionetur. Alia alia Angelis, ira hominibus præfati intellectus præstantia excedent, vti absolute in visione clara Dei B. Virginem, & Christi humanitatem antecellant.

CERTAMEN III.

*Inuisibilis ab intellectu creato naturaliter
Deus omnino est.*

1. **E**Thi haftenus dicta satis ostendant nullam visionem beatam naturalem esse posse, ac proinde neque vlli rationali creaturæ naturali actiæ, aut exactiue debitæ esse posse (an enim substantia supernaturalis esse queat, eique statim visio connaturalis, ac debita censenda sit? controuers. de ente supernaturali in genere fusè disputabimus).